



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 26. Quid si sit institium, ordinariusque justitiam non
administraret, an exemptis licebit iudicio pulsare suos debitores coram
conservatore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

finē causæ aliis personis qualificatis subdelegare. *cap. super quæstionem de officio del.*
 quod certe extra dubium est, si uti assoler, in conservatoriali diplomate inserta sit
 clausula: Tam per te, quam per alios, uti de Conservatoria Societatis JESU & aliis
 quibusdam recenset Emanuel Roderic. *d. loco art. 10. cap. fin. §. vices de officio del. in 6.*
 Rom. cons. 370. quo etiam in casu ejusmodi subdelegatio fieri non poterit alteri, qui
 Conservatorialis dignitatis non sit capax. *Joann. Andr. & DD. d. §. vices.* subcon-
 servator enim eadem debet habere qualitates quas Conservator, *gloss. d. cap. fin.*
ubi etiam Franc. Nam & Regulariter qui per substitutum servare potest, debet
 constituere alium æque sibi idoneum. *l. 2. C. de Propositis agent in rebus lib. 12. ubi*
Barth. num. 4. Quod tamen temporis nisi nudum tantum ministerium subdelega-
 retur, ut puta examen testium, licet enim id etiam personis in dignitate non con-
 stitutis committere, *Capell. Thol. quæst. 12. Unigenitus pract. objer. lib. 1. cap. 13. de*
testib. Villadiego tract. de legato part. 1. quæst. 8. num. 31. Idque nisi intercedere deberet
 causæ cognitio, *Milis in repertorio verbi index delegatus ab ordinario, Rom. cons. 370.*
 264. 370. Denique licet Conservator unam causam possit subdelegare, non po-
 terit tamen totam Universitatem causatam seu universalem illam quam habet juris-
 dictionem alteri committere. *Legatus ff. de officio præsidis, Host. in summa de Offi.*
del. d. l. à iudice, ubi Jaf. C. de iudicis, Nicol. Bellon. in d. Rubr. de officio eius cuius mand. §.
Jurisdic. num. 612.

 QUÆSTIO XXVI.

Quid si sit, justitium ordinariusque Justitiam non administraret, an
 Exemptis licebit iudicio pulsare suos debitores
 coram Conservatore?

SUMMARIUM.

1. Justitium si sit, potest recurrere ad Conservatorem.

Emanuel Roderic. *d. loco art. 12. vers. ex qua doctrina infero,* respondit licere, nulla
 tamen id fulciens autoritate, confirmo id ego ex eis, quæ in alio tractatu
 articuli *de Jurisdic. Ord. in Exempt. lib. 2. quæst. 8. num. 10. & seqq.* Judicem scilicet
 animum alterius iudicis negligentiam supplere debere.

Q U A E S T I O X X V I I .

An Exempti sint conveniendo coram Conservatoribus à se nominatis.

S U M M A R I U M .

1. Iudicem nemo designari debet, quem elegit.
2. Introductum in favorem, non est convertendum in odium.
3. Retortio privilegii non datur in privilegii motu proprio concessis.
4. Iudices an presumantur dati & postulationi parium.
5. Exemptis non est dispendiosum in prima instantia conveniri active & passive coram conservatore.

Exempti causa, habent non pauci ordines Exempti privilegii, ut ipsimet possint sibi Conservatores dignos nominare, coram quibus debitores suos conveniant, injuriasque sibi illatas propulsent. *Joannes Baptista Consetius de privilegiis Mendicantium & non Mendic. Ordinum par. 2. tit. 4. de conserv. cap. 6. & 7.* dubitatio est, utrum Exempti coram Conservatoribus ab eis ita nominatis conveniri possint.

Ratio dubitandi est, quia nemo designari debet iudicem contra se, quem elegit pro se, *l. cum Papinianus C. de sent. & inter omni. Jud. cap. 1. ubi DD. de Mutui petu. 2. uti Futius hac in eadem materia deduxi alio in tractatu, lib. 2. quest. 29. de Jurisd. Ord. in Exemptis.* Sed aliis visum est non posse.

Ratio, quia hujusmodi controversiæ sunt introductæ in favorem Exemptorum, *cap. 1. & fin. de offic. del. in 6.* quod autem in favorem Exemptorum introductum est, non est in eorum dispendium retorquendum *cap. quod ob gratiam de Reg. Jur. in 6.* uti ego in simili pluribus rationibus alio in loco confirmavi *de Jurisd. Ord. in Exempt. lib. 1. quest. 17. nu. 19. 20. 21.*

Deinde Conservatorum Ordinibus concessa sunt plerumque motu Pontificis proprio, quo casu privilegii retortio & ratio illa naturalis quam Papinianus admisit, seu retaliario, aut potius similis conveniendi ratio cessat, uti ego ostendi citato jam loco *num. 10. & seqq.* & ita non quidem hisce, sed aliis effulis rationibus concludit Emanuel Roderic. *d. loco art. 13.* Verum ego in hanc Emanuelis opinionem ut non possum ob distinctionem glossographi & Doctorum aliorum classicorum *in l. si quis iniquum ff. quod quisque juris*, qui me in aliam vocant sententiam, Etenim si Conservatorum seu Exemptorum iudices ad exemptorum postulationem sint deputati, eo in casu si adversus quos talis jurisdictio erit demandata, pote-